



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XXXVI. De eo, si duo fratres simul arborem succiderint, & cadente arbore vnus eorum interfectus fuerit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

desidia agente, præfatis diebus vllus placitum habere, & populum nobis commissum, a seruitio Dei nostri audeat impedire. Præterea sancimus & præcipimus, vt nullus comes aliquem pœnitentem ad placitum ire compellat, nec ipse veniat: ne forte, dum ieiunare & orare, atque pro salute suæ animæ debet inuigilare, vaniloquiis & contentionibus cogatur laborare.

ANNO
CHRISTI
895.

XXXVI.

Dist. 50. Si
duo fratres.

Si contingat duos fratres simul arborem succidere, siue in silua, siue quocumque loco, & cadente arbore, alter alteri, Fuge vel caue dixerit, & ipse stans, siue fugiens, subtus ipsam arborem deuenit, & mortuus fuerit, superstes frater, innocens de morte defuncti diiudicetur. Quia non voluntate, non incuria illius, non denique consensu, nec vllò suo mortem incurrit reatu: sed dum ambo insisterent operi necessario, incautus & insperatus casu arboris depressus est, nemine penitus adiuuare valente. Hanc eandem statuimus diffinitionem de ceteris similibus, siue cognatis, siue nulla proximitate coniunctis. Istam diffinitionem tenuere patres nostri apostolici viri: ideo eorum exempla sequentes, per futura tempora inuiolabilem eam custodimus, & posteris nostris sequendam transmittimus: quia graue peccatum est, & nostro ministerio contrarium, innocentem opprimere, & securum crimine, scienter criminofum habere. Quidam de sapientibus ait: Premitt infontes debita sceleri noxia pœna iustusque tulit crimen iniqui.